

JN TRANSLATIONEM S. EPIPHANIIL.

Scriptor huius Translationis testem se ætatis, qua mag-
nus Otto floruit, æqualem ostendit. Ex S. Epiphanius
ta partem extremam desumpsit; quæ de Gallica legatio-
ne nobili comitatum triumpho, omniscilicet iuuentute

Liguriæ, quam Gothi attinuerant, redempta & asserta
Ticinum deducit; atq; inde magno omnium desiderio, & lu&tu ex-
stinctum, cœloq; receptum scribit, narratione ab ea vita, quam En-
nodius scripsit, non tam sententia quam verbis discrepante, quam
nos, ceu huic instituto alienam sponte præterimus. Porro Ennodii
vitæ S. Epiphanij, & aliorum Scriptorem, ex membranis Morino-
rum dimidiæ amplius partis accessione locupletiorem dedit, An-
dreas Scottus Societatis nostræ. Ticinum, cuius Episcopus fuit S.
Epiphanius ciuitas regalis, Mediolanovt loco propinqua, sic est di-
tione sacra subiecta. Migravit illic ad Christum B. Epiphanius æta-
tis anno LVIII. Episcopatus xxx. Christi ccccxcvi, xxi, Ianuarij
cum sedere cœpisset anno domini cccclxv.

Omissæ
pars nar-
rationis de
Vita &
morte S. E-
piplani.

Ius huius Translationis.

Si quis Translationem hanc ex iure sacrorum æstumet æquus
Index, vel de ea iudicium accipiat, reliquiarum hanc deduictio-
nem nec lege, nec moribus factam illico censebit, sed eos, qui ma-
num fecere, & sacras exuuias nativa quasi gleba & fundo abstraxe-
re, interdicto vnde vi, vt leuissimè dicam obnoxios fuisse, & repetu-
darum actione conueniri potuisse, pronuntiabit. Valuere interim
huius & superioris ætatis exempla; eamq; sibi licentiam immodica-
pietas & religio fecit, vt callide pij furti, & religiosæ rapinæ tiru-
lis, non stricta æquitatis lege has actiones rei dijudicarent. cognito-
res plerumque litem dissimularēt, Magistratus hic plurimum con-
niuerent. Iam, quod caput, felicitas euentus & religionis ex
prodigijs, & miraculis securis opinio, fas læpe & licentiam his
euectionibus non solum constituit, sed furti an sacrilegij pro-
brum in gloriam vertit, quod Franci & Germani afflcta vel à
Barbaris, vel Tyrannis Romanae sedis libertate, cum in nouo vel

preca-

*Francorū
& Germā.
norū in
Italiā
licentia.*

precatio Imperio, quod Pontifices dabant, nobilitate sua & gente maiores s̄epe spiritus caperent, non ciuilibus contenti, sacris etiā potentiam admouerent, & religionem licentius, quam vel ipfis expediret, vel ius fasque permitterent, haberent.

Hinc omnia prope Latij iura, vñā cum Ecclesijs & populis sibi subdere, & qui fide vel armis apud Reges valebant, non honore tantum, sed præmijs quoque læti, contra fas plurimum sibi licere volebant, siue Episcopi essent, siue Militiæ cingulo clari. Aliquid tamen hic Ottvino Præsuli, & Tangvardoni eius Presbytero venia Scriptor conciliasse videtur, cum post preces & ieunia, de trāsterendo S. Epiphanio per quietem diuinitus admonitum Sacerdotem, commemorat.

Tempus & Modus.

INcidit hæc S. Epiphanij Translatio in annum, vt Narrationis adiuncta docent DCCCCLXIII. vel præter propter. Autores præcipui Tangvardonus Presbyter ex familia Ottvini Hildesemensi Episcopi, & alter Mindensis Presbyter Landvardi Mindani Episcopi familiaris.

*Ottonis in
Italianam
contra Be-
rengarium
expeditio.*

*Otto Ticini
commorari
solitus.*

Otto I. à Ioanne XII. inuitatus contra Berengarium & Adelbertum filium tyrannide populum & urbem prementes, anno DCCCCLXI. expeditione felici & prope incruenta, Apostolorum, & Romanæ Sedis auspicio, bellum confecit. Nam sequenti anno, Romam adiit, & mox à Ioanne Pontifice Imperator salutatus, & coronatus, inde Ticinum vel Papiam ad Regiam iit, vbi frequenti Procerum Germaniæ, & Episcoporum præsentim suæ gentis senatu, domicilium habuit. Affuere ibi Imperatori quoque Adaldagus Hamaburgensis Archiepiscopus, & Ottvinus Hildesemensis Antistes, qui & diplomati, quo Ecclesiæ Romanæ S. Petri patrimonium cumulate restituit cum aliis Episcopis subscripsere anno DCCCCLXII. Indict. v. xii. Februarii. Ita Regino. Luitprandus lib. 6. c. 6. & Diploma laudatum à Baronio, qui anno DCCCCLXIII. Natalem & Pascha Ticini ab Imperatore peractū, antiquis ad stipulatur. Quæ sane Ticinensis commoratio locum aperuit Clericis Saxonici intentius per otium rimandi sacra, discussiendi sepulcra.

Porro, quod scribitur leuatum S. Epiphanii corpus à Tangvardone x. Kalendarum Decembrium, & Octaua Kalendarum Martiarum allatum à sanctæ memoriae Ottvino Episcopo, id argumento nobis est aduenisse thesaurum xxii. Februarii, anno

*Translati-
onem.*

D C C C L X I I I . & effossum x x I I . Nouemb. anno superiore. Idque ^{prius in effectu} constatum ex biennali ferme Ottvini Præfulis absentia, & eius ^{latum}. subscriptione quæ x v. Februarij anni superioris D C C C L X I I . Ticini adhuc fuisse illum, coarguit. His quæstio annexa est.

S. Epiphanius ubi primum Hildenehemij fuerit depositus?

IN QVIRENTI in hanc translationem ex Italia in Saxoniam, Ottvini diligentia procuratam, priusquam germana ipsa acta ex S. Michaelis Monasterij bibliotheca fuerā nactus, id recentiorum Panchartæ suggerebant, S. Epiphanius corpus ab Episcopo depositū eo loci, vbi nunc est Domus Capitularis, vel adiacēs Ora-
tium à S. Antonio nomen ferens. Sed S. Godehardus veteris Eccle-
sī, quæ principi Basilicæ ad meridiem obiacebat, titulos retinuit,
videlicet sanctæ Dei Genitricis & Epiphanijs, vt omnino hanc me-
moriā ultra pleniusq; cum sollicito, cōpererim, Baptismalē Ecclesi.
am, cuius in S. Godehardi vitamento sit, esse illā, quā Collegium
Societatis Iesu iam vtitur, eamq; Cōgregationē Cleri refedisse, vbi
nūc Patres Societatis Iesu domiciliū habēt. Ceterū intelligo pign' S. Epiphanijs hodieq; argentea tumba asseruari in principe basilica
ad sinistrum latus arę præcipuę; suspensamq; caueam ad sepulcrū S. Godehardi monstrari, in qua sarcinam piam ab usque Ticino in
Saxoniam aduentam fuisse perhibent.

S. Speciosa, & S. Syrus.

NVLLA huius Virginis in Martyrologio Romano mētio. Memi-
nit Speciosæ ad x viii. Martij Molanus in Martyrologio ab se
edito, sed locū non expressit. Vereri hic cœpi, vt in hoc genere pro-
cluīs error, ne pro Honorata Speciosæ nomen obrepserit. Ea nam-
que soror S. Epiphanius ab ipso Ticini, Ennodio teste, Deo virgo di-
cata colitur ad xi. Ianuarij. Animaduertit ad Ennodium Iacob. Sir-
mondus Societatis nostræ Honoratæ Deo deuotæ Virginis Tici-
nenses memoriam quotannis agere iii. Idus Ianuarias. Et certè fu-
isse sororem in vita S. Epiphanius apud eundem Ennodium docet
illa celebris mentio:

Erat illi germana soror natu minor, religione non impar, Ho-
norata nomine, cuius vitam per singulā virtutum genera longum-
est eloqui.

S. Syrus ab Apostolorum temporibus primus Ticinensium fuit
Episcopus, de quo ix. Decemb. & clarius ad xii. Septemb. vbi eius
inuentio celebratur, in notis Baronianis.

*s. Honora-
ta soror
D. Epiph-
anijs.*

*Syrus pri-
mus Episc-
opus Ticini.*